aurum ſpargere damus imperio, cui ſoli [1] etiam aurum contemnere præſtat fortunæ faſtigium, argentum vero quod mox poſt [2] aurum [3] pretioſiſſimum fiet, & aliis conſulibus largimur decens: & hæc ſinimus eos ſpargere [4] in his quæ vocantur miſſilia [5], thymelicis [6], & caveis [7], & in quadrangulis [8] & talibus. Quanto enim minora ſunt quæ ſpargunt, tanto plures ſuſcipientes erunt, ſitque rei menſura dantis virtus [9], & voluntas, ſive nihil, ſive mediocre, aut tranſcendens populo erogandi, hoc enim in conſulatu definimus, neque invitos ſpargere cogentes, neque volentes prohibentes. Sed de argento quidem ſpargendo ita a nobis ſancitum ſit, & ſi omnino ad hoc acceſſerit, licentiam habeat diſtribuendi argenti munificentiam in ſuis proceſſionibus, ſicut ipſe recte ſe habere putaverit: ſolo prohibito aurum omnino jaculari, quod imperatori tantum tributum eſt contingere. §. 2. Aliorum autem quæ a nobis decreta ſunt & conſcripta in deſcriptione quæ hac continetur lege, tranſcendi [10] aliquid omnino aut addi nos nullo permittimus modo. Quod itaque infinitum eſt (dicimus autem ſpargere) in dantis ponimus voluntate, omnino propriæ poteſtatis hoc ejus qui dat, facientes, quod vero a nobis definitum eſt ſemel & ordinatum, tranſcendi hoc noſtra lex prohibet. Sed ſi quis præſumpſerit, quod definitum eſt, egredi, centum [11] librarum auri perſolvet pœnam, utpote noſtra prævaricatus præcepta, & omnem hujus legis corrumpens, quantum in ſe eſt, intentionem. Si enim pro hac tantummodo poſita eſt lex occaſione, ne dandorum immenſitate conſulatus deſint, & propteréa nos ſuperfluas illas donationes [12] & expenſas abbreviavimus, & in populum effuſas proceſſiones, & ſpectacula ad bene ſe habentem deduximus menſuram: rite aliquid decentius de numeris conſiderantes, id eſt ſpargere argentum, & neque quicquam dare, eorundem conſulum dimittentes voluntatibus, ut nobis ſint amplius [13] & ſemper ex ſuo vocabulo [14] tempus adornent: qui quod diſpoſitum eſt, tranſcendit, rite, utpote noſtram prævaricatus legem, dignus eſt pœna: ſic enim nobis erunt jugiter conſules, cauſæ immenſitatem non formidantes: nec tanquam certiſſimum periculum conſulatum refugientes & averſantes, & propteréa fanciimus legem hanc ſub firmitate ſervari. §. 3. Nullus igitur eam egredi præſumat, nec ſi vehementer idoneus ſit, nec ſi noſtrorum ſit judicum, nec ſi maximæ curiæ, aut nulli adminiſtrationi præſit. Hæc enim omnia nos conſiderantes, omnibus propoſuimus ſuper donationibus æqualitatem, nulli penitus licentiam dantes exire menſuram quæ hac continetur lege, niſi in ſolo argento in proceſſionibus ſpargendo, aut neque huc faciendo: quod in eorundem conſulum poſuimus (ſicut ſæpe diximus) voluntatibus. Ipſis quoque qui hoc accipere conſueverunt, maximæ gratiæ in hac noſtra repoſitæ ſunt lege: ſi enim periculum erat deficientibus conſulibus, neque quicquam accipere, nunc autem accipient mediocriter, multam habebunt rite huic legi gratiam, quod ſuffi-ciant pro nihil offerente: & hoc enim ipſum non permittere nos gloriofiſſimis conſulibus aut aurum ſpargere, aut [15] vaſa majora, ſed in miliareſiis [16], & melis [17] & caveis [18] & quadrangulis mediocribus & hujusmodi facere donationem: ſanctio ad humanitatem a nobis adinventa eſt, & populo medelam præbens. Si enim hoc egerint, qui conſularem edent munificentiam, & his ſolis concilient populares, nequaquam de maximis lucris decertantes ſeditiones exercebunt ad invicem, & venient usque ad alternas plagas, quas per [19] fuſtes, & gladios, & lapides egerant frequenter, rem omnino nobis odibilem. Videbamus enim eos contendentes quidem, & malis innumeris implentes alterutros occaſione ſparſorum, & ab eis arreptorum, domum vero referentes omnino nihil: ſed ea die in ebrietatibus [20] & potationibus omnia expendentes. Si vero forſitan ſpe lucri majoris etiam præexpendiſſe contigerit, poſtea vero aut nihil aut minus accipiat: etiam damnum & debitum habebit, & plagis & vulneribus & ex hoc malis incurrere cogetur. Si autem mediocre ſit quod ſpargitur, nec [21] vehementer contendent: nec quæſtus expectantes, abundantia vulnera aut plagas alteruris ultra menſuram dabunt. Ideoque communem providentiam introduximus ex hac lege & communi reipublicæ figuræ, quatenus tempus habeat poſt [22] imperium, & conſulis jugem memoriam, atque vocabulum in gloriofiſſimis noſtris judicibus, & qui ex maxima curia ſunt (eo quod honorabilis placet dignos non expendentes immenſe) decentem damus conſolationem & noſtro populo, & aliis omnibus, licet deſperantibus jam cauſam: propterea quod ſuperfluum eſt offerentes, ut conſulatum immortalem reipublicæ ſtatuamus. §. 4. Subjaceat igitur (ſicuti prædiximus) noſtra diſpoſitio huic legi: cujus exemplaria recondentur in fóro tuæ celſitudinis cum hac lege, quam ad eam direximus. Per tempora tamen glorioſiſſimos conſules ſancimus ex ſolo tuo foro exemplar deſcriptionis accipere huic ſubditæ legi, ut ſecundum eam omnia dentur. Deſcriptionem namque ideo a ſede tua dari volumus, ut nec ipſis liceat prævaricari, nec his qui vocantur breviatores [23], adulteri aliquid horum quæ a nobis diſpoſita ſunt: ſed periculo cuſtodientium hanc deſcriptionem in foro tuæ gloriæ, dari exemplar ejus cum ſubſcriptione cingulum habentis hoc, cui nunc ipſe præſides: ut per omnia inptione cingulum habentis hoc, cui nunc ipſe præſides: ut per omnia inadulterata maneant quæ a nobis diſpoſita ſunt. Difficultatem vero nullus habebit horum qui ad conſulatus veniunt honorem, ſi mediocrem ita faciens expenſam in omni tempore fiet: Etenim omne quicquid hactenus conſulatus habentes honorem, & ex foro tuæ celſitudinis, & ex glorioſiſſimis præfectis noſtris, aut etiam aliunde per munificentiam noſtram percipiebant, & nunc eis dabimus: ab eis quidem faciendas expenſas abbreviantes: a nobis autem largitatem non minorantes. Omnibus autem a nobis dictis, imperatoris excipiatur fortuna: *cui & ipſas Deus leges* [24] *ſubjecit* [25], *legem animatam* [26] *eum mittens hominibus*, eo quod imperatori quidem jugis [27] & indefinens conſulatus omnibus civitatibus & populis, & gentibus, in ſingulis quæ placent diſtribuenti [28], advenit: aut cum ipſe [29] annuerit trabea: ideoque & imperii conſulatus per omnia ſit ſequens [30] ſceptra.

EPILOGUS.

† Tua igitur celſitudo hanc noſtram ſuſcipiens legem perpetue eam in ſua manere fortitudine procuret ſecundum omnem quæ in ea continetur virtutem legis. Scriptum exemplum Joanni glorioſiſſimo ſacrorum prætoriorum præfecto iterum exconſuli & patricio. Scriptum exemplar Longino prudentiſſimo & glorioſiſſimo præfecto hujus almæ urbis. Dat. 5. Kal. Jul. *Conſtantinop.* poſt [31] Conſ. BELIS. V. C.

TIT. VII.
DE [32] USURIS NAUTICIS [33].
NOVELLA CONSTIT. CVI.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Petro glorioſiſſ. præfecto ſacrorum prætoriorum.

PRÆFATIO.

NUntium audivimus a tua celſitudine, cui occaſionem nos ipſi præbuimus. Duos enim iſtos Petrum & Eulogium ſupplicaſſe noſtræ facræ poteſtati, & per ſe explanaſſe dicentes quod conſueverunt naucleris ſeu negotiatoribus mutuare, & maxime in mari negotia facientibus, & hanc vitæ habere occaſionem. Ipſa vero marina credita vocare noſtra conſuevit lex trajectitia [34], & metuere eos, utpote dubitationibus hinc eis exortis, oportere propteréa fieri manifeſtum quæ valeat ſuper his conſuetudo, ut & ſacra noſtra in hæc procederet juſſio, quæ conſuetudinem ad certiſſimam duceret formam. Itaque nos delegantes tibi dubitationis naturam cognoſcere, & hanc ad nos deducere: quatenus manifeſta nobis facta, quod videretur, lege comprehenderetur perpetua, tuamque gloriam hoc a nobis agere juſſam, convocaſſe naucleros quibus hæc mutua curæ ſunt, & interrogaſſe quæ aliquando antiqua conſuetudo fuit. Illos autem & juſjurandum adjicientes teſtimonio, perhibuiſſe modos eſſe varios talium mutuorum: & ſi quidem placuerit creditoribus in ſingulis ſolidis pecuniarum quas dederint, unum triticimodium aut hordei imponere, qui mercedem publicis præberet telonariis, ſed quantum ad ipſos ſine telonio navigare naves, & hunc habere fructum & harum quas crediderint pecuniarum, & inſuper etiam pro [35] decem aureis unum percipere ſolidum pro uſuris: in ipſos autem creditores reſpicere ex eventibus periculum. Si vero non erumpant hanc viam creditores: octavam partem percipere pro ſingulis ſolidis nomine uſurarum, non in tempus aliquod certum numerandum, ſed donec naves revertantur ſalvæ. Secundum hoc autem ſchema

1 Soli principi aurum contemnere licet. 2 Horatius, Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum, 1. *epiſt.* 1. *verſ.* 52. 3 Pindarus 1. *ſtroph.* 1. ὁ δὲ χρὼς ὡς *αἰθόμενον πῦρ, ἀτε διαπρέπει νύκτι μεγάλῳ* ἐξοχα πλουτῶ. adde de auro Plin. 33. *cap.* 1. 2. 3. 4. 5. 4 Enumerat Imperator, quæ milliſium genera permittat Conſulibus. 5 Ἐς τὰς τοῦ καλουμένου μισσιαρίου ἢ μόλους ἢ καυκίους ἢ τετράγωνους ἢ ταύτας. *Scrimg.* Eadem pene leguntur J. *hic.* §. 3. Locus eſt pereiegans & tamen negledus ab interprete, vertit enim latis generaliter *miſſilia*, pro miliarenſibus. Miliarenſes porro nummorum genus eſt, qui miliibus erogabantur. Epiphanius, *libro de menſuris & ponderibus τὸ δὲ ἀργύριον τοῦτο ἐκάλουν οἱ Ῥωμαῖοι μιλιαρήσιον καλοῦσι, ὁ ἐξαγοράζουσιν ἐξαργύρους ὄβολ.* Idem Cedrenus ſcripſit, & Miliarenſes dici quaſi militares, & hi quidem decimam ſolidi partem faciunt autore Suida, a Miliarenſibus dicitur, Scinium a miliarenſibus, l. 7. *Cod. de Palatin. ſacr. larg.* ubi vide Cujac. adde *Novell. Leonis Commarchi cap.* 3. 6 Καὶ μόλους, ut §. *hic* μελας dicuntur, quod rotundi, ut interpres perperam ex his verbis καὶ μόλους, fecerit, thymelicis. 7 Καὶ καυκίους ut §. *hic.* καυκίοις dicuntur a forma, quod fint pauſillum cavi, cujusmodi nummos minutos Germania habet. 8 Τετραγωνίους. τετραγώνιοι nummi dicti, qui quadrati.

9 Δύναμις, id eſt, facultas, id eſt, Cuique conſuli tantum ſpargere licebit, quantum voluerit, quantum denique facultas ejus patietur. 10 Ἐκβαίνειν, id eſt, tranſcendi. 11 Multa conſulum ſpargentium miſſilia in vulgus præter leges. 12 Largitiones.

13 Πλείους, plures. 14 Καὶ τῇ ἑαυτῶν προσηγορίᾳ χρόνον κοσμοῦσι, id eſt, ex ſua appellatione tempus exornent, §. 3. *hic.* vide *Nov.* 47. *c.* 1. ut nimi per Conſules nuncupentur. 15 Ἢ μὴ μείζω. *Scrimg.* aut majorem monetam. *Hal.* 16 Vide §. 1. *hic.* 17 Vide §. 1. 18 Καυκίοις. Scrimg. ut §. *hic* §. 1. Haloander his verbis intelligit monetam ove ac cyatho ſignatam. 19 Rixæ ob miſſilia colligenda. 20 Eadem de cauſa apud Gallos olim Regis Franciſci, collegia artificum *confrariæ* vocant) ſublata ſunt. 21 Vilium rerum cauſa raro plerumque certatur.

22 §. 2. 3. *hic. Novell.* 47. *cap.* 1. 23 Breviatores, βρεβιάτορες, id eſt, brevium proſcriptores. breves, brevia, brevicula, charræ live libelli breves. Zonaras in Caſtrag. comment. Βρεβιάτωρ ἡ ἐπιστολὴ λέγεται, ἢ σύντομος γραφή. 24 Principi Deus leges ſubjecit, ut *hic*, & corpora ſubditorum. Theophil. ad §. 7. *Inſtit. de jur. natur.* eorumque bona omnia. *l.* 3. *Cod. de quadriem. præſcript.* ſed ea tantum imperio poſſidet, non dominio, Seneca 7. *de benef.* 5. ideoque vel ſine juſta cauſa, verbi gratia, delicti, bona ſubditis Princeps auferre non poteſt, *l.* 5. *C. ad l. Jul. majeſt. & titul. de bonis damn.* vel ſine preciо. *l.* 13. *ff. comm. prad.* adde quæ dixi ad *l.* 15. §. 2. *ff. de rei vindic. l.* 11. *ff. de eviction.* adde 1. *Reg.* 21. *ubi de vinea Nabothi.* Notandum eſt quod a Gregorio Papa *Reg.* 10. *ex-poſit.* 4. refertur jus regium, cujus ſit in libris regum mentio, non ad hiſtoriam præcipi, ſed offendi, quid ſchari ſint reges reprobi, quid vitauri ſint boni. Alioquin ſi permiſſa ſunt omnia principi, quid erit Dei? Tertull. *in lib. de Idololatria*: & recte pieque Jaſon ad *l.* 5. *in princ. num.* 12. 13. *ff. de condict. cauſa data.* Licet Deus (inquit) ſubjecerit leges principibus, non tamen ſubjecit contractus, qui ſunt juris gentium, alias nemo cum principe contraheret. Placet etiam, quod Baldus *cap.* 1. *de pace Conſtantiæ, verſ. ſi vero*, ſcribit, omnes contractus, qui aliaqui ſua natura ſtricti juris ſunt, bona fide exiſtere, ſi cum principe iniri ſuerint. 25 §. 6. *Inſtit. de jur. nat. l.* 31. *ff. de legib. l.* 2. §. 3. *ff. de orig. jur. l.* 3. *Cod. de teſtam. l.* 34. *Cod. de donat.* Principes λίυοντες τῶν νόμων. Dion. 53. *τῶν νόμων ὑπάνω, Chryſoſtomus, κατὰ νόμους ἐκ ἀντιτιθνοι. Plato.* Jura negant ſibi data: alius nata. Horatius *lib. de arte Poetica*, ſic lex regia apud Perſas (teſte Herodoto in Thalia) regi id quod facere vellet, permittebat. Hinc Julia noverca & uxor Antonini Caracallæ, An neſcis te imperatorem eſſe, & leges dare, non accipere? Spartian. *in Antonino Caracallo.* Superiora ſi Judaice & ad literam intelligremus, nihil principe ferocius fuerit: In id itaque magis propendemus, Principem legibus ſolutum non eſſe, ſed eis ſubeſſe potius *l.* 4. *Cod. de legibus*: magis ſolutum legibus videri, quam eſſe, *leg.* 23. *ff. de leg.* 3. Hoc etiam Gentiles paſſi ſunt ſibi dici. Apollonius Thyaneus ad Domitianum, *teſte Philoſtrato* 5. Hæc mihi dicta ſint de legibus, quas ſi tibi imperare non putaveris, ipſe non imperabis. Plinius *in Panegyrico ad Trajanum.* In roſtris ſimili tu religione ipſe te legibus ſubjeciſti. Caſtæ, quas nemo principi ſcripſit, ſed tu mihi amplius eris tibi libere, quam nobis. Quod nunc primum audio, nunc primum diſco, *Non eſt princeps ſupra leges, ſed leges ſupra principem.* adde Plutarchum ὅ τε πρὸς ἡγεμόνα ἀπαιδευτος. Agapetum diaconum, in admonitionibus ad Juſtinianum: adde exempla duo Levinii Conſulis ex Livio 26. & Gelouis regis Syracuſii ex Diodoro 11. Inde fit, ut mutuo cauſas eodem cum exteris jure principes utatur, *Nov.* 89. *c.* 11. *l.* 31. *ff. qui teſt. l. pen. ff. de hered. inſt. l.* 15. *ff. de conſul. inſtit. l.* 23. *ff. de legat.* 3. *l.* 60. §. 1. *ff. de adminiſtratione & demonſtrationibus : l.* 6. 22. §. 2. *ff. de jure fiſci : l.* 2. 3. *Cod. ne fiſcus vel Reſpubl.* utut ſit. Nihil poſt. Principeps contra pietatem vel bonos mores, *l.* 15. *ff. de conditionibus inſtit. Novell.* 9. *l.* 1. *Cod. de adverſus vend. l.* 3. *C. ſi minor ſe major. & Cod. contra jus. &* in dubio errare non dicitur, qui reſpondet contra fiſcum, *l.* 10. *ff. de jure fiſci.* Fruitur tamen princeps ſingularibus privilegiis, puta ut cenſeatur major ante alios, vide quæ notavi ad *l.* 8. *ff. de muneribi.* ut in contrahendis nuptiis non ſic obſervet gradus prohibitos exceptis tamen aſcendentibus, deſcendentibus, & collateralibus proximi gradus, *vide conſtitutionem Iſaacii Angeli c.* 2.) facit etiam gratiam jurisjurandi, *l. ultimo. ff. ad municipalem*, ubi tamen agitur de jure ſuo, & ubi manifeſta exceptio jurandi, non ubi legitima juratum *Novella* 9. *c.* 1. *Cod. ſi adverſus vendit. l.* 3. *Cod. ſi minor ſe major.* Indulgent etiam nonnunquam pœnas legibus conſtitutas, vide *tit. Cod. de abolitionibus, & de gener. abolit.* His adde Boſſium *in tractatu de Principe & privilegiis ejus tit.* 100. Cujac. 15. *obſerv.* 30. 26 Principeps, ἡγεμὼν τῶν ὅλων. hic animata: lex, mutus principes. 27 Imperatoris munus eſt, perpetuo ſubditis conſulere: vel ſtatim atque Princeps ſceptra ſolamque imperii, id eſt, regia ornamenta infignisque ſumpſit, perpetuum init gerisque conſilatum: quia Reipublicæ indefinenter conſulit. 28 Προτίθηται δὲ πάντα αὐτοῖς ἑτοίμως ἢ σκῆπ. *Scrimger.* ſenſus eſt, Voluntatem eam eſſe principis, ut interdum privatis, non quidem conferat titulum, id eſt dignitatem conſularem. 29 Cujacius, poſt Petrum Fabrum legit, αὐτὸς. 30 Senſus eſt, Conſulatum imperatorium dignitatem ſequi.

31 Dixi ad *rubr. & l.* 1. *ff. de naut. fanore.* Jul. *conſt.* 99. 33 Hæc Novella abrogatur per Novellam centeſimam decimam. 34 Creditum marittimum, trajectitium. 35 Usura dextans eſt, dixi ad *l. ext.* 26. §. 1. *C. de uſuris.* Gall. *du denier ſix.*

contin-

contingit forſan & in annum extendi tempus, ſi tantum foris moretur navis, ut annum aut terminos ſuos ſumat, aut etiam tranſcendat: citius autem ea remeante, tempus in unum ſolum aut duos trahi menſes: & ex tribus [1] ſiliquis utilitatem habere: vel ſi ita breve ſit tempus, vel ſi apud alterum extra debitorem maneat debitum, hoc idem valere: aliam rurſus negotiatoribus profectionem aſſumentibus, & per unumquodque onus definiri ſchema, ſecundum quod competit mutuum, aut manere aut permutare ſecundum pactum quod ob hoc convenerit partibus. Si tamen poſt reverſionem navis ſalvæ nequaquam navigare propter tempus valentes revertantur: triginta ſolum dierum inducias dari a creditoribus debitoribus, & nihil pro debitis uſurarum cauſa exigere, donec vendi contingat onus, parcentes apud alium eſſe debitum non reddendum, duas partes centeſimæ dominis pecuniarum dare uſuras, & mutuare [2], & mox mutuum in terrenum tranſponere modum: nequaquam maritimis periculis creditoribus moleſtandis: & hæc omnes dixiſſe cum jurejurando perhibentes teſtimonium quæ ad nos nuntiaſti, ut nos ſanciremus quod nobis videretur, & ſuper his dicebas hæc noſtræ nuntiare poteſtati.

CAP. I.

NOs igitur & ipſa legentes geſta, & cauſam edocti, ſancimus, ſecundum quod teſtatum eſt coram tua celſitudine, ita nunc & deinceps in omne tempus tenere, eo quod neque jam poſitis repugnet legibus, ut oporteat nunc & de cætero ſecundum quandam propriam legem in naucleris aut negotiatoribus ſuper talium cauſarum hæc ſervari litibus, & ſecundum dictum modum prædictarum pactionum ita fieri etiam eventus, & alia omnia, quæcunque in prioribus teſtata ſunt apud ſedem tuam, unde ſecundum propriam legem teneant in naucleris aut negotiatoribus. Quod enim longis [3] ita ſervatum eſt temporibus & tenuit immutabiliter, ſicut teſtimonia apud tuam gloriam definierunt: quomodo non eſt juſtum & in aliis omnibus valere, quæ poſtea erunt, & eſſe hanc eis rerum transactionem ex propria lege valentem, & altera quadam diſpoſitione non egentem: ſed in naucleriis ſeu negotiatoriis occaſionibus in omne tempus valentem, ut puta generalem exiſtentem legislationem, & naucleris ſeu negotiatoribus & eorum contractibus expoſitam? Quæ debet etiam pars fieri jam a nobis poſitarum legum, & judicantes ad hanc reſpicientes proferre ſententiam.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, tua celſitudo jugiter ſervare feſtinet.

TIT. VIII.
DE TESTAMENTIS [4] IMPERFECTIS A [5] PAREN-TIBUS IN FILIOS FACTIS: ET DE DIVISIONE REBUM A FILIIS CORAM PARENTE, ET DE EJUS FACULTATIBUS FACTA ET SUBSCRIPTA.
NOVELLA CONSTIT. CVII.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Baſſo magnificentiſſimo comiti devotiſſ. domeſticorum locum obtinenti Joannis glorioſiſſ. prætoriorum præfecti, iterum exconſuli & patricio.

PRÆFATIO.

A Conſtantino [6] divæ memoriæ lex ſcripta eſt per antiquæ conjecturæ ſimplicitatem: porro cauſarum varietas & natura eas frequenter mutans, egere leges illas emendatione noſtra præparavit. Dicit itaque lex, oportere morientium voluntates, quando ſunt parentes, omnibus modis inter filios tenere. & tamen eos erubeſcit parentes exiſtentes, quia eis & claram rerum concedit ſignificationem, dicens & ſi non manifeſtæ ſint eorum diſpoſitiones, appareurient autem ex quibusdam indiciis [7] & conjecturis, & qualibet ſcriptura: & ſic eas valere & hoc in fuis & emancipatis filiis. Inſuper & Theodoſius [8] decrevit non in patribus ſolum hoc diſponens, ſed etiam in matribus & aſcendentibus utriuſque naturæ [9]. Hanc apprehendentes licentiam homines in tantam ingreſſi ſunt obſcuritatem, ut divinantibus [10] magis quam interpretantibus hæc egerent. Itaque neque perſonas ſcribentes, neque rerum dicentes notitiam, & forte nec quantitatem, tamen dignantur conjecturis & veriſimilium ratione talia permittere.

CAP. I.

De voluntatibus parentum in diſtributione patrimonii facienda.

NOs [11] igitur omnia clara & aperta conſtitere volentes, (quid enim ſic proprium [12] eſt legum, ſicut claritas maxime ſuper defunctorum diſpoſitionibus) volumus ſi quis literas ſciens, inter ſuos filios voluerit facere diſpoſitionem, primum [13] quidem ejus ſubſcriptione tempus [14] declaret: deinde quoque filiorum nomina propria [15] manu [16]: ad hoc

1 Comprobatur hic conventio recepta, Ut creditor in ſingulos ſolidos capiat tres ſiliquas, quæ uſura eſt centeſima. 2 Lege, *mutare.* 3 Argumentum a more diu recepto licet fumere. vide Everardum Topicis, loco ab uſtato feu ſolitis, 104. 4 De teſtamentis inter liberos factis, *Index Regiæ.* De voluntatibus parentum in diſtributione patrimonii faciendo Jul. *conſt.* 100. περὶ βουλήσεων τῶν εἰς τοὺς παῖδας γινομένων. *Græci hoc loco.* 5 Vid. *l.* 21. §. 1. *C. de teſtam.* Goth. Ad hanc Nov. vid. Gudelin. *de jure noviſſ. lib.* 2. *c.* 6. Ritterſhuſ. *in exopoſit. Nov. part.* 6. *cap.* 2. Anſ. 6 *l.* 26. *C. ſanc. eccſc. l.* 1. *Cod. Theod. ſanc. eccſc.* 7 Lege Conſtantini parentum voluntates, quibuscunque indiciis, conjecturis, quamque ſcriptura manifeſtæ, inter liberos valent, adde *l.* 21. §. 1. *Cod. de teſtam.* 8 *l.* 21. §. 1. *C. de teſtam.* 9 Sexus. 10 Divinare & interpretari diſſentiunt. 11 Hinc ſumpta eſt Authent. *Quod ſine. C. de teſtam.* 12 Obſcuritas legibus inimica: perſpicuitas contra eis amica. 13 Nota formam, ſecundum quam parentes literas ſcientes, ſcripto teſtari debent inter liberos. 14 Facit ſic teſtamenti. 15 Hinc nonnulli colligunt, non valere teſtamentum inter liberos, niſi ſui manu ſuique literis parens ſcripſerit nomina liberorum, tempus & unciarum modum, cum potius mens Juſtiniani hæc ſit, Ut ſive ſcribat teſtamentum parens, ſive alius pro eo, illud literis perlorbatur, non notis: alioquin, teſtamentum non valere. 16 Vid. *Nov.* 66. *c.* 1. §. 4 & 119. *c.* 9. 17 Μὴ τοῖς συμβόλοις τῶν ἀριθμῶν σημαινόμενος. *Scrimg. συμβόλα τῶν ἀριθμῶν*, numerorum notæ. Galli, *Chiffres* vocant, vide Cuj. 3. *obſ.* 3. & 12. *obſ. ult.* vid. *l. 6. in fin. ff. de bonor. poſſeſſ.* Goth. Adde Pancirolli. *rer. memorabil. lib.* 2. *tit.* 14. Anſ. 18 Δι' ὅλου γράμματος. *Scrimg.* inter liberos teſtatio mentis noſtræ; debet eſſe ὁλογράμματος. adde Novell. *Baſilii c.* 2. plenis atque prorſus integris literis perſcripta. 19 Extranei ſunt, non liberi, hinc colligunt, Teſtamentum imperfectum inter liberos favore extraneorum non ſuffragari *l.* 21. §. 1. *C. de teſtam.* vide Clar. 3. *ſent.* §. *teſtament. quæſt.* 10. id eſt, extraneos nihil ex eo capere poſſe, & ita utile non vitiari per inutile. Goth. Vid. Gudelin. *de jure noviſſ. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 11. Anſ. 20 Extraneis legari aut fideicommitti poteſt in teſtamento inter liberos minus ſolenni. Minus ſolenne hic intellige non qualecunque, ſed tamen ſcriptum a teſtatore leſumque teſtibus, *ſuper. hic.* ibi, *coram teſtib.* licet nullæ aliæ ſolennitates fuerint ſervatæ. Teſtibus, inquam, ſaltem duobus. Numero enim plurium duo ſaltem intelliguntur, *l.* 12. *ff. de teſtib.* Cum dicimus legari vel fideicommitti poſſe, ſatis intelligitur, aliud dicendum fore, ſi inſtituantur heredes. Nec enim poſſunt extranei in imperfecto teſtamento heredes ſcribi. ſic itaque, Ex imperfecto teſtamento extranei liberi relicta legata vel fideicommiſſa præſtabunt, ſi modo holographum & teſtibus ipſis nuncupatum fuerit teſtamentum. 21 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Hoc inter. C. de teſtam.* 22 Ἐπὶ τὰ καὶ πίνει, *Hal. edit. Græca Harmen. c.* 111. §. 37. quæ verba ἢ καὶ πίνει vetus interpres hic non agnoſcit, nec Scrimgeri editio Græca, nec Julianus interpres. hoc igitur innuit. Teſtamentum imperfectum, quod inter liberos valere potell, alio teſtamento imperfecto revocari aut rumpi non poſſe: ſed ut coram ſeptem teſtibus teſtamur, revocetur, exigi. Ratio dubitandi naſci videbatur ex eo, quod naturale ſit, unumquodque eo genere diſſolvi, quo colligatum eſt, *l.* 35. *ff. de regulis jur.* Poſſimus & hoc adjicere, ſufficere præſentiam quinque teſtium in revocando eo teſtamento, quod quinque teſtibus perfici poteſt, *l. ult. C. de teſtam.* vid. Cujac. 3. *obſerv.* 3. *in fin.* Aliud eſt in teſtamento militis, cujus imperfectum teſtamentum alio imperfecto, intra annum tamen militonis, revocari poteſt, *l.* 34. *in fin. ff. de teſtam. milit.* & ita facilius imperfectum militis teſtamentum, quam patris inter liberos rumpitur. 23 Imperfecta inter liberos diſpoſitio non poteſt, niſi ſolenniter, revocari, 35. *Leleg.* 3. *ex tit.* 20. *cap.* 2. & 5. Harmenop. 1. §. 37. 24 *Nov.* 18. *cap.* 7. 25 Divitio bonorum facta a parte confirmatur, vel ejus ſubſcriptione, 3. *hic. tit.*, *Si autem & in diviſione ſubſcripſerit*, vel liberorum ejus, *ut hic*, unde colligunt interpretes, telte Claro 3. *ſentent.* §. *teſtament. quæſt.* 114. *verſ. ſed pone.* Schedium a patre non ſcriptam vel ſubſcriptam, ſed tamen ſubſcriptam a liberis, valere. Valere, inquam, non jure teſtamenti, ſed contractus.

26 De fideicommiſſariis hereditatibus. Jul. *conſt.* 101. 27 Hoc redit conſtitutionis hujuſce quæſtio, An & quatenus juſtus reſtituere, quod ex bonis ſuperfuerit, poſſit definiuere. adde *Novell.* 39. *fugr.*

NOVELL.

omnem legis ordinem, cum quo competit talia & discere, & judicare. Novimus igitur apud Papinianum sapientissimum, dictum in decimo nono [1] libro ejus quæstionum, ubi permittit alienationes in tali casu: illud solum velut ex studio in ægnimate proponens, ut tunc oporteret prohiberi alienationes, cum ad solvendum fideicommissum, ex studio [2] qui hoc oneratus est, ad alienationem venit. Et tanquam philosophatus inter Imperatores Marcus, tali quodam proposito casu, viri boni arbitratum videri inesse talibus verbis dispositi.

CAP. I.

NObis [3] ergo recte visum est, hanc ita disponere legislationem, ut si quidem universaliter aliquis dicat restitutionem fideicommissi: hæc tenere quæ in talibus decreta sunt & a nobis jam sancita. Sin vero tale sit fideicommissum, quale subjacet: & ea quæ inveniuntur seu remanent in tempore mortis, testator submittat sola in fideicommissum: tunc indefinite dictum prioribus, sub quadam legitima deducere divisione & ordine. Si quis enim hæc, aut etiam aliquid aliud tale dixerit: sancimus usque [4] ad Falcidiam solum fuæ intitutionis necessitatem habere servare eum qui oneratus est fideicommissi restitutione, & non posse aliquid penitus ex illa minuere sufficiens existens: sed heredi quidem superfint tres partes, illi autem quartæ solius relinquatur ratio. Non enim concedimus ei qui gravatus est, etiam donationibus [5] uti aliquibus, & forsan ex studio (quod Papinianus [6] dicebat) intervertendi fideicommissi causa, ut etiam quarta minuatur institutionis ejus: sed hoc omnino relinquere fideicommissum: aliis omnibus in ejus positis potestate: & licentiam habere eum his sicut voluerit uti, quemadmodum perfectis dominis competit. Si vero & ipsam quartam is qui gravatus est, contingat: necessarium est perscrutari causam secundum quam hoc egit: & si quidem aut dotem [7] voluerit dare, aut sponsalitiam largitatem, aliam non habens substantiam: oportet ei hoc permitti agere, hoc videlicet quod nostra continetur jam lege, in qua ei omnino non negavimus talem deminutionem. Si vero & in captivorum redemptionem (hanc enim excipimus, & dicamus Deo causam) & hoc licentiam eum habere facere, & minuere etiam quartam pietatis ratione: quod omnium nobis pretiosius videtur.

CAP. II.

SI vero contigerit neque ipsum habere ex aliquibus causis unde faciat expensas, ex tali restitutione, etiam has facere, damus ei licentiam: (hoc quod & testator permisit) quod relinquetur, omnino hoc volens ad restitutionem trahi, & quasi aliquis dicat, ex hoc quod remaneret, ei restitutionem fieri. Si autem nulla talis subjacet occasio, necessitatem habere omnino quartam partem propriæ institutionis servare, & tali & aliis restitutionem donare. Si [8] tamen aliquid expenderit, habens unde supplementum faciat: ex illo suppleri quartam, & per nullam causam hanc minui. Si vero contigerit quartam, & non habeat ad supplementum aliam substantiam: tunc damus ei & contra emptores, aut aliter accipientes res, in rem & hypothecas ex autoritate hujus legis, ut liceat complere sibi fideicommissum ex rerum vindicatione, hoc quod in legatis jam dedimus, & ex constitutione in rem ei donantes, & fideicommissi perfecutionem. unde & cautionem fideicommissarius [9] dabit [10] non minus quartam servare: nisi & ipsam testator, sicut in pronunciato nobis facto, prohibuit. cum enim ipse testator omnem non fidejussionem solum, sed etiam cautionem relaxaverit, nos aliter disponere, non est morientis conjicere voluntatem.

EPILOGUS.

† Hæc igitur sit causis decisio, ipsi quæ præbuit quæstionem, & aliis omnibus, in quibus pendere contigerit casus testamentorum quidem factorum, & testatorum quippe defunctorum: nondum autem tali locum accipiente fideicommisso, sed adhuc eo qui gravatus est, superstite. Et hæc dicimus non in filiis solum, sed etiam in aliis cognatis & extraneis agere, in quibus omnino tale fideicommissum relinqui contigerit. Tua igitur gloria omnibus hæc manifesta faciat nostris subjectis, ut sciant quemadmodum competat & vivere eos, & mori, & testari, & fideicommissa relinquere, & alia agere quæ in talibus sunt sancita. Dat. Kalend. Febr. CP. Dom. JUSTIN. PP. Aug. Anno XIV. [11] BASIL. V. C. CONSULE.

TIT. X.

DE PRIVILEGIIS DOTIS [12] HÆRETICIS [13] MULIERIBUS NON PRÆSTANDIS.

NOVELLA CONSTIT. CIX.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. Orientalium pratoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

UNam nobis esse in omni nostræ reipublicæ & imperii vita, in Deo spem credimus, scientes quia hæc nobis & animæ & imperii dat salutem, unde & legislationes nostras inde pendere competit, & in eam respicere: & hoc eis principium [14] esse, & medium, & terminum. Sicut igitur universi qui ante nos imperantes, & maxime Leo [15] piæ memoriæ, & Justinus [16] piæ memoriæ noster pater in suis constitutionibus, hæreticis omnibus interdixerunt, ut neque ulla ipsi participarentur militia [17], neque quodlibet in publicis curis participium haberent, uti ne occasione militarium & publicorum collegiorum sanctæ Dei Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ membra videretur valtare: ita & nos ipsi hoc egimus, nostris constitutionibus hoc roborantes. Hæreticos [18] vero & illi dixerunt, & nos dicimus eos qui diversarum sunt hæresium: quibus conjungimus & connumeramus & qui Nestorii Judaicam [19] sequuntur vesaniam, & Eutychianistas [20], & Acephalos [21] qui Dioscori [22] & Severi [23] mala secta languent, & Manichæi [24] & Apollinaris renovantium impietatem: & ad hoc omnes qui non sunt membrum sanctæ Dei Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ, in qua omnes concorditer sanctissimi episcopi, & totius orbis terrarum patriarchæ [25], & Hesperiæ [26], & Romæ, & hujus regiæ civitatis, & Alexandriæ, & Theopoleos [27], & Hierosolymorum, & omnes qui sub eis constituti sunt sanctissimi episcopi, Apostolicam prædicant fidem, atque traditionem. Igitur sacram [28] communionem [29] in Catholica Ecclesia non percipientes a Deo amabilibus sacerdotibus hæreticos juste vocamus. Nam licet nomen [30] Christianorum sibimet imposuerint: attamen a Christianorum se fide & communione separant, Dei judicio semetipsos subdi cognoscentes.

CAP. I.

QUæ igitur de hæreticis prolata sunt lege, omnibus sunt manifesta. Nos autem volentes orthodoxam amplectentes fidem, & eam defendentes, habere aliquod amplius privilegium iis qui alienant semetipsos a Dei ovili (quoniam neque [31] justum est æqualibus cum orthodoxis hæreticos dignos fieri privilegiis) propterea & nunc ad præsentem respeximus legem. Quia [32] enim dedimus privilegium mulieribus dotium, ut etiam prioribus [33] creditoribus præponantur, & meliorem ordinem eas habere, & nec a tempore superatas: in donationibus autem propter nuptias secundum tempora per quæ fiunt, hypothecas [34] habere, omnibus in præsenti facimus manifestum per hanc sacram nostram legem, quia & hoc privilegium & tacitas hypothecas, & omnia alia quæ mulieribus omnibus in diversis privilegiis a nostris legibus data sunt, illis damus solis quatenus his fruantur, & utantur, & quæ diligentiam habent rectam, & adorandam nostram fidem tenere (Catholicæ dicimus & [35] Apostolicæ Ecclesiæ) & participare in ejus salutari communione. Quæ enim separant se a sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia, & sacrosanctam in ea communionem percipere non patiuntur a Deo amabilibus sacerdotibus, nolumus omnino talibus frui privilegiis. Si enim se separant a Dei muneribus, & a sacra communione alienas faciunt: multo potius & nos non eas dignas fieri privilegiis, neque ex nostris legibus frui permittimus continentia: sed sint eis inaggressibilia [36] omnino ex legibus beneficia: & omni privilegio ex nostris constitutionibus eis dato privabuntur.

CAP. II.

LIcebit autem eis melioris [37] sententiæ factis, & rectam veramque amplectentibus fidem, & hac semper contentas, talibus perfrui muneribus & privilegiis: his in omni ditione valentibus, atque servandis, principaliter quidem a Deo amabilibus episcopis & sacerdotibus,

1 *l.* 54. *ff. ad SC. Treb.* vicesimo, *l.* 3. §. 2. *ff. de usuris.* Goth. Ad hanc Nov. vid. Rittershus. *part.* 6. *cap.* 9. *& seq. & Novell.* 39. Anl. 2 Ultro, non coactus.
3 Hinc sumpta est Authentica, *Contra. C. ad SC. Trebell.* 4 Rogatus restituere, quod ex hereditate defuncti ei supererit, potest diminuere ad novem usque uncias, triunciis servato fideicommissario generali. Numquam igitur deminuere poterit ex tribus illis unciis? Imo poterit, certis tamen casibus. *verfic. si vero. infr. hic.* 5 Rogatus restituere, quidquid ei supererit ex hereditate defuncti, donare quicquam ex iis bonis non potest: excipe tamen quædam genera donationum, de quibus dictum est *Nov.* 59. 6. *l.* 3. §. 2. *ff. de usuris.* adde *l.* 25. §. 16. *ff. de hered. petit. l.* 14. *in fin. l.* 15. *l.* 16. *ff. ad SC. Treb.* 7 Rogatus restituere *quicquid ex superesti ex hereditate defuncti*, non tantum novem uncias ex quavis causa, sed ex tribus reliquis uncis, certis de causis, diminuere potest. 8 Nota remedia fideicommissario generali competentia, si triunciium ejus deminutum fuit citra causam ab herede: & is alia bona habeat. eo enim casu fideicommissarius agere in ejus bona, ut supplementum restituat, *ut hic*: si non habet, res alienata possidentibus condicetur. *verf. si vero contigerit. infr. hic.* 9 Id est, heres, ut in *l.* 51. *ff. de judic.* 10 *l.* 54. *in fin. ff. ad SC. Treb.* Imo, non rabit, *l.* 6. §. 1. *C. ad SC. Treb.* Res ita est: dabit, si retinere justus est fratri, non si liberis suis: nisi justus sit cavere, vel ad secundas nuptias transierit, vid. Cuj. *ad Novell.* 39. 11 15. ut sit annus Christi 541.

12 Quorum sit mentio *l.* 7. *Cod.* 74. 13 De hæreticis, vid. Jul. *const.* 102. περὶ αἱρετικῶν τῷ ἁγίῳ γυναικῶν. *Scrimp.* id est, de mulieribus fide hæreticis.
14 Orpheus de Deo loquens, ἀρχὴ πάντων τε τέλευτή. 15 *l.* 9. *C. de div. off.*
16 Hæc desiderantur in titulo Codicis de *episcopali audientia*, sed extant in lib. 57. Basilicon. Cujac. *hic.* possis tamen dicere hic intelligi *l.* 12. *C. de haret.* Hus & potest referri *l.* 20. *Cod. de episc. aud.* 17 *d. l.* 20. *d. l.* 12. 18 Quinam hæretici, vid. *l.* 2. in fin. *Cod. de hæreticis.* 19 Id est, rebellem. 20 Eutyches Constantinopolitanus monachus senex, hæresin suam inchoavit, Leo *epist.* 10. 11. 19. 20.
21 Acephali dicti fuerunt, quod, qui factionis eorum autor fuerit, ignoretur. *Marianus*, vel quod præfectos ecclesiasticos non admiserint, vid. Ruffinum Diaconum *adversus Acephalos*, & nullos conventus, nullos presbyteros — nullos Episcopos habuerint, dixi in *Auth. Idem ess. C. de haret.* 22 Dioscorus successor D. Cyrilli Alexandriæ episcopi. *l.* 8. *C. de haret.* de quo vide 1. Enagrii 10. & 2. *c.* 2. 2. Liberatum in *breviario cap.* 10. damnatus fuit in Concilio Chalcedonensi. 23 Severus fuit episcopus Antiocheuus, fautor Acephalorum 3. Euagr. 33. & 4. *c.* 4. 24 Manes, genere Persa, ut doctrina infamis, ita & morte. Nam cum filio regis Perfarum liberationem morbi fuisset pollicitus, hoc poftmodum moreretur, in carcerem Manes conjicitur: ex quo cum evasisset, retractus, arundine vivus excoriatus est, ejusque utrem excoriatum paleis expletum Perfæ mulis annis adservarunt, vide Suidam & Epiphanium.
25 Patriarchæ qui dicantur: nota & speciatim de Romano, Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hierosolymitano, adde, de episcopo Justinianeæ Primæ *Novell.* 131. *cap.* 3. Justinianeæ Carthaginis *cap.* 4. quibus idem jus fuis in provinciis fuit, quod superioribus. 26 Id est, Italiæ. 27 Id est, Antiochiæ. 28 Hæretici qui dicantur *l.* 2. *l.* 12. *C. de haret.* 29 Fidei licl. 30 Augustinus *tom.* 4. *de fide.* Nullum genus est exortum errorum, quod ita fit repertum Christianæ religioni adversari, quod non affectaverit atque maluerit Christi nomine gloriari. 31 Privilegia Christianorum non extenduntur ad hæreticos. vid. *l.* 1. *C. de haret. Nov.* 45. *fupr. hic.* 32 Hinc sumpta est Authentica, *Item privilegia. C. de haret.* 33 Dotis privilegia duo hic enumerantur: Unum, tacite hypotheca, *ibi, & tacit. hypothec. infr. hic.* Alterum, ut ex hac tacita hypotheca dos prioribus creditoribus omnibus præferatur, *ut hic. Nov.* 97. *c.* 3. *l.* 12. *C. qui potior. l.* 30. *C. de pact. dot.* An expressam habentibus? Bulgarus, cujus opinio communiter est recepta, negat mulierem hypothecam expressam habentibus præferri. Putat enim Bulgarus mulierem præferri tantum creditoribus actionem personalem & tacitam tantum hypothecam, non etiam expressam habentibus, etiamsi mulier expressam habeat hypothecam. vid. Hartman. 2. *prælect.* 17. Myn. *l.* 4. *obf.* 13. Contra Martinus (cujus opinionem veteres Galli sunt sequuti) existimat, mulierem tacitæ suæ hypothecæ privilegio antiquioribus, expressam etiam habentibus, præferri. Eandem opinionem Robertus defendit, ut Juftiniani verbis & menti magis consentaneam. *Animadv.* 14. Movetur, quod jus privilegii datum fit mulieri adversus omnes mariti creditores, licet anteriores fint temporis privilegio vallati, *l.* 12. §. 1. *C. qui potior.* Ergo & contra expressam habentes: lex enim non distinguit. Movetur etiam, quod mulier præferatur creditori, cujus pecunia res empta eft, cuique nominatim expressa hypotheca competit. *Nov.* 97. *c.* 3. Qui Bulgari opinionem sequitur, vonjunt mulieri competere privilegium contra omnes creditores mariti anteriores. Omnes, inquam, tacitam tantum hypothecam habentes. Moventur autem his rationibus: quod filens creditor cedat anterioribus credi. ribus expreffam habentibus, *l.* 9. *ff. qui potior. l.* 4. *C. qui potior.* ergo & mulier, cum fit in causa pignoris eadem fici & mulieris ratio, *l.* 2. *Cod. de privil. fisci.* Ad hæc, Privilegio tacitæ hypothecæ mulier dicitur præferri creditoribus posterioribus expreffam habentibus, *l.* 29. *C. de jure dotium.* Ergo a contrario, non præferitur anterioribus. Moventur quoque, quod privilegio Principis jus alteri femel quæsitum minui non poffit, *l.* 2. §. 10. §. 16. *ff. ne quid in loco publ. l.* 2. *C. de precib. imper. l.* 4. *C. de emancip. liber.* ergo nec anteriorum creditorum expreffim habentium jus, poftteriore mulieris hypotheca minui poteft. Poftremo, non obstare *Novell.* 97. *cap.* 3. quæ non id dicit, mulierem præferri creditoribus anteriorum expressim pignotionem agri mutuam pecuniam dantibus, fed poftterioribus tantum. *d. cap.* 3. *ibi, vetat creditor posterior quidem.* Cuidam autem, de qua hic agitur, diverfam eft, cum in ea quæstio fit: An mulier præferatur anterioribus creditoribus expreffam habentibus? 34 Tacitas fc. Tacita dotis hypotheca tacitis prioribus & posterioribus præfertur: fed & posterioribus expreffis, eo excepto, qui militiæ emendæ causa creditit. *Novell.* 97. *cap.* 4. Expressi, & posteriores tacitas & expreffas excluait (eft enim prior tempore) qui credit anterioribus expreffis. *Novell.* 97. *cap.* 3. & interdum foli tacitæ puta uxoris dat credit anterioribus expreffis. *Novell.* 91. *cap.* 1. 35 Ecclefiæ Catholicæ & Apostolicæ epitheta obferva. 36 Ἀδύτους ὑποχρεώσει. *Scrimp.* id eft, ad privilegia orthodoxæ ecclefiæ hæretici afpirare non poffunt. 37 Pœnitentibus hæreticis indulgetur, adde *Nov.* 18. *cap.* 8. *l. ult. in fin. Cod. de summ. trin.*

deinde

deinde a nostris administratoribus & judicibus, sive sint majores sive minores: & insuper a tua celsitudine, apud quam & præsentem facimus legem. Unde competens est, & judices apud quos aliquæ movebuntur contra mulieres causæ, aut a mulieribus quædam privilegia sibi vindicare volentibus, respicere ad præsentis nostræ legis subtilitatem: & si non invenerint eas orthodoxæ fidei existentes, & percipientes sacrosanctam, & adorabilem communionem in sanctissima catholica ecclesia & apostolica a venerandissimis ejus sacerdotibus, non permittere frui ex nostris constitutionibus privilegiis.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo cognoscens, causis apud eam motis servare, & operi effectuique tradere curet, & per solennia edicta & præcepta propria omnibus faciat manifesta, & in hac felicissima civitate, & in provinciis, ut cognoscant omnes quanta & quæ nobis cura est & veræ circa Dominum Christum verum Deum fidei, & nostrorum subjectorum salutis. Dat. 2. Kal. Maji, *Constantinop.* Dom. JUSTIN. PP. Aug. Anno XIV. [1] BASILIO V. C. CONS.

TIT. XI.

DE NAUTICIS [2] USURIS [3].

NOVELLA CONSTIT. CX.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. sacrorum Orientalium pratoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

NOvimus ex denunciatione tuæ celsitudinis, legem feciffe jam [4] nos de trajectitiis pecuniis, quæ manifesta facta est foro tuo.

CAP. I.

SEd quoniam postea additionibus nobis factis, percepimus legem illam non valere, rescindi [5] eam speraretes ex foro tuo: cognovimus autem eam & in quibuslibet provinciis jam infinuatam: propterea sancimus talem legem omnino vacare, & si contigerit etiam per provincias eam destinari, nec ibi valere, sed invalidam esse. Sicque non volumus causam procedere, tanquam si nec scripta fuisset memorata lex: sed secundum de talibus positas leges a nobis negotia & æstimatione & sententia potiantur.

EPILOGUS.

Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet. Dat. 6. Kal. Maj. CP. Dom. JUSTIN. PP. Aug. BELISARIO V. C. CONS. [6].

TIT. XII.

HÆC CONSTITUTIO INNOVAT [7] CONSTITUTIONEM, QUÆ PRÆSCRIPTIONEM CENTUM [8] ANNORUM VENERABILIBUS LOCIS DEDERAT.

NOVELLA CONSTIT. CXI.

Imp. Just. Aug. Theodoto Orientalium pratoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

QUod *medicamenta* [9] *morbis*, *hoc exhibent jura negotiis*. Unde consequitur, ut nonnunquam a judicio [10] discordet effectus, & quod credebat conjectura prodesse, experimento inveniatur inutile. Probat igitur hoc præsentis etiam necessitas sanctionis, in qua privilegium [11] proposito sacrosanctis ecclesiis Dei, & monasteriis, aliisque religiosis locis constitutione nostra nuper inducitur, necessaria correctione distinguimus. Dudum [12] siquidem justerimus ad centum illis annos exceptionis propagari curricula, per cujus licentiam sanctionis negotia quidem multa commota sunt, & velut antiquorum vulnerum obductæ patuerunt iterum cicatrices: sed eorum sanitas provenire non potuit, probationum scilicet difficultatibus impedita: quoniam *per tantum seculi* [13] *magis quam temporis spatium*, *nec documentis integritas*, *nec actis fides*, *nec atas valet testibus sufftagari*.

CAP. I.

UNde quia largitati nostræ causarum non occurrit angustia: cum ratione simul ac religione tractantes prædictum privilegium, usque ad posslibilem modum deducere experimento retraximus, & jubemus in negotiis quæ antehac triginta annorum removebat exceptio, nunc ve-

1 XV. ut fit annus 541.
2 De nautico fœnore Jul. *const.* 103. περὶ τῶν τόκων. Græci hic. 3 Hæc constitutio abrogat Novellam 106. Vult enim in nauticis pecuniis non licere centesimam excedere. Per Novellam centesimam sextam, licebat in simplus solidos denos capere, quæ ufura erat dextans, & hoc amplius imponere in singulos solidos singulos modios tritici vel hordei, pro quibus redigal debitor navis ralium fire negotiator respondebat: quo adjecto excedebatur ea conventione legitimæ usuræ modus. 4 Id eft, *Nov.* 106. 5 Ἀκυροῦσθαι quidam vertunt *refpondi*. Haloander vertit *recipi*. Cujacius *revocari*. 6 Id eft, 541.
7 De tempore actionum fiscis locis competentium. *Index Regine.* de præscriptione centum annorum fubsta, quæ fanctis ecclefiis locisve aliis venerabilibus competebat. Jul. *const.* 103: competebat, inquam, ut *Novell.* 9. *supr. ff. l.* 22. *C. de sacrosanctis ecclesiis*, hoc modo abrogetur, redudo veteri jure. *l. ult. C. de fundis patrimon.* In antiquis legibus Caroli & Ludovici ita eft scriptum. Ne X. anni vel XX. vel XXX. annorum præscriptio religiofis domibus opponatur, fed fola XL. annorum curricula: & non fufficiens creditor cedat anterioribus credi. bribus expreffam habentibus, *l.* 9. *ff. qui potior. l.* 4. *C. qui potior.* ergo & mulier, cum fit in causa pignoris eadem fici & mulieris ratio, *l.* 2. *Cod. de privil. fisci.* Ad hæc, Privilegio tacitæ hypothecæ mulier dicitur præferri creditoribus posterioribus expreffam habentibus, *l.* 29. *C. de jure dotium.* Ergo a contrario, non præferitur anterioribus. Moventur quoque, quod privilegio Principis jus alteri femel quæsitum minui non poffit, *l.* 2. §. 10. §. 16. *ff. ne quid in loco publ. l.* 2. *C. de precib. imper. l.* 4. *C. de emancip. liber.* ergo nec anteriorum creditorum expreffim habentium jus, poftteriore mulieris hypotheca minui poteft. Poftremo, non obstare *Novell.* 97. *cap.* 3. quæ non id dicit, mulierem præferri creditoribus anteriorum expressim pignotionem agri mutuam pecuniam dantibus, fed poftterioribus tantum. *d. cap.* 3. *ibi, vetat creditor posterior quidem.* Cuidam autem, de qua hic agitur, diverfam eft, cum in ea quæstio fit: An mulier præferatur anterioribus creditoribus expreffam habentibus? 8 Actiones ecclesiis competentes 40. annis præscribuntur, ut *Nov.* 131. *cap.* 6. adversus ecclesias autem ad summum 50. annis excluduntur, vid. Cuj. *hic*: & §. *ult.* §. & *cap.* 31. *de præscript.* Goth. Vid. ad hanc Novell. Rittersinus. *part.* 11. *cap.* 1. Anl. 9 Neteris, mirbi: jura, medicamenta & remedia. Leo *in præmio Novell.* 1. 10 Ab opinione, fpe, exiftimatione, conjectura. 11 Bona intentio & religiosum propositum interdum nocet. Bona intentio peccatum non excufat. 12 Id eft, *Nov.* 9. 13 Sæculum a tempore fi parandum. 14 Locis religiosis & ecclesiis actiones perenni annis 40. Quæcunque actione experiatur ecclesia, excludimur quadraginta annorum præscriptione & ita revocatur jus antiquum. *l. ult. C. de fund. patrimon.* 15 Quæ privatis competunt in ecclesiam actiones, excluduntur præscriptione annorum 30. vid. Cujac. *l. obf.* 5. 16 Id eft, *Nov.* 9. 17 Id eft, quadraginta annorum. Lultrum enim annes quinque continet. 18 Id eft, anno 541.
19 Jul. *const.* 105. *& l.* 44. *ff. & ff. l.* 8. *C.* 37. Hodie hic titulus parum eft in usu; cum enim in litigiosa res cedi possit, & cessione facta, cessionarii possint agere: si tamen a rege literas impetraverint, indici mandantes, cessionarium admitti ad litis religionem & in locum cedentis subrogari, vitio litigii cessionario remisso, vid. Imbert. *in enchirid.* 20 C. 2. *infr.* Goth. Adde Georg. de Cabedo *de decima litis decif.* 18. &